



<b>DOCENTE</b>		Anna Gatti			
<b>CLASSE</b>	<b>II</b>	<b>SEZIONE</b>	<b>A</b>	<b>ANNO SCOLASTICO</b>	<b>2025-2026</b>
<b>MATERIA</b>	<b>Latino</b>				

**LAVORO ESTIVO DA SVOLGERE**

<b>PER TUTTI GLI ALUNNI</b>	<b>PER GLI ALUNNI CON DEBITO</b>
<p><b>Ripassare bene</b> il programma di grammatica svolto durante l'anno:</p> <p>il participio e le sue funzioni (sostantivata, attributiva, congiunta e assoluta); il supino in <i>-um</i> e <i>-u</i>; i tempi del congiuntivo (congiuntivi indipendenti: presente esortativo e perfetto nei divieti); proposizioni finali, complete volitive, consecutive, complete dichiarative; relative improprie con valore finale e consecutivo; <i>cum</i> e il congiuntivo; il comparativo e il superlativo; infinito perfetto e futuro, le infinitive; <i>possum</i> e i composti di <i>sum</i>; il participio futuro e la perifrastica attiva; i verbi <i>volo</i>, <i>nolo</i>, <i>malo</i>; le complete rette dai <i>verba timendi</i> e dal <i>quod</i> dichiarativo; verbi <i>eo</i> e <i>fero</i>; il nesso relativo e la prolessi del relativo; pronomi e aggettivi interrogativi, interrogative dirette, indirette e disgiuntive (e la posteriorità nella <i>consecutio temporum</i>); verbi deponenti e semideponenti; gerundio, gerundivo e perifrastica passiva.</p> <p><b>Svolgere i seguenti esercizi dal fascicolo allegato:</b></p> <ul style="list-style-type: none"><li>- tradurre <u>tutte le frasi</u> degli es. 3-4 di pag. 1</li><li>- tradurre <u>SOLO LE FRASI SEGNATE</u> degli es. 1-2 di pag.1 e degli es. 5-6 di pag. 2</li><li>- versioni n°7 (pag. 2), n°8 e n°9 (pag. 3), n°10 e n°11 (pag. 4), n°12 e n°13 (pag.5), n°14 (pag. 6).</li></ul>	<p><b>In aggiunta</b> al lavoro per tutti gli alunni, si svolgano i seguenti esercizi <b>dal fascicolo allegato:</b></p> <ul style="list-style-type: none"><li>- Tutte le frasi dell'esercizio 5 di pag. 2.</li><li>- versioni n°15 pag. 6, n°16 e n°17 pag. 7.</li></ul> <p>Per gli studenti con sospensione di giudizio, l'esame orale verterà sulla conoscenza della traduzione e delle strutture morfosintattiche presenti in questi testi, <u>in particolare:</u> versioni n°7 pag. 2, n°15 pag. 6, n°16 e n°17 pag. 7.</p>

**Milano, 3 giugno 2026****Il Docente****Anna Gatti**

Es  
1

## Il gerundio

a) Frasi d'allenamento • Traduci le seguenti frasi.

- ①. *Exsulibus magna erat spes domum redeundi.* ②. *Puer legendo etiam scribere discit.* ③. *Scribendi ars coniuncta cum loquendo est.* ④. *Multa de bene beateque vivendo ab antiquis philosophis dicta sunt.* ⑤. *Simplex in docendo praeceptor sit.* ⑥. *Ad imperandum apti non sunt qui oboedire nesciunt.* ⑦. *Viginti equites iter explorandi causā a Caesare praemissi sunt.* 8. *Ranarum crura apta natando sunt.* 9. *Omnes ad discendum nati sumus, non omnes ad studendum.* 10. *Nimum altercando veritas amittitur.* 11. *M. Marcellus speculandi gratiā cum paucis militibus a castris egrēdi ausus, a multitudine hostium circumventus est.* 12. *Navigandi imperitus, semper mare timebit.*

Es  
2

## Gerundivo attributivo e gerundio

a) Frasi d'allenamento • Traduci le seguenti frasi.

- ①. *Consul ad castra ponenda locum idoneum elēgit.* ②. *Sola furti faciendi cogitatio non facit furem.* 3. *Haruspices ad victimas inspiciendas processerunt.* ④. *Ptolemaeus rex, a minore fratre regno spoliatus, petendi auxilii causā cum paucis servis, squalore obsitus, Romam venerat.* 5. *Senatus comitia plebis tribunis creandis indixit.* ⑥. *Bocchus, Mauritaniae rex, Sullae se ob regnum tutandum arma cepisse respondit.* 7. *Ad interficiendum C. Marium servus quidam missus est.* ⑧. *Orator solum loquendo probari potest, philosophus autem non minus tacendo quam loquendo philosophari potest.* ⑨. *Antiōchus rex in bello contra Romanos gerendo Hannibalis consiliis non paruit.* ⑩. *Mihi consilium («intenzione») est aliquid novi pulchrique faciendi.* 11. *Duo genera liberalitatis sunt, ut dicit ipse Cicero, unum dandi beneficii, alterum reddendi.* 12. *Equites, qui a consule praemissi erant aquandi et pabulandi causā, accurerunt nuntiantes hostes ad castra movenda se parare.*

Es  
3

## Gerundivo predicativo: traduci le seguenti frasi

3. *Tabellario epistulam ad te perferendam dedi.* 4. *Alexander moriturus milites omnes ad conspectum suum admisit, osculandamque dexteram suam eis porrexit.*

Es  
4

## Nelle seguenti frasi, riconosci se la perifrastica passiva ha forma personale e impersonale, poi traduci:

1. *Discipuli educandi sunt magistro.* 2. *Proficiscendum erat nobis.* 3. *Liberi amandi sunt parentibus.* 4. *Civibus pacta observanda erunt.* 5. *Non cedendum erit vitiis.* 6. *Bona consilia tibi audienda sunt, mala vitanda.* 7. *Properandum est mihi et tibi.* 8. *Audendum est.* 9. *Multa pueris discenda sunt.* 10. *Mox domum revertendum erat.* 11. *Res familiaris patri bene administranda est.* 12. *Leges omnibus observandae sunt.* 13. *Nobis protegendi sunt infirmi.* 14. *Vobis de pace loquendum erat.* 15. *A nobis succurrendum est infirmis.* 16. *Hoc iter celeriter faciendum est equitibus.* 17. *Verba falsa numquam dicenda sunt.* 18. *Senes adiuvandi sunt iuvenibus.*

### NOTE

Es. 2:

B) Traduci "qualcosa" (aliquid: acc. neutro sing.) "di nuovo e di bello" (novi/pulchri: gen. sing.).

Es  
5

Participi dei verbi attivi e deponenti; ablativo assoluto; perifrastica attiva.

a) Frasi d'allenamento • Traduci le seguenti frasi.

1. Hortantibus amicis ut e carcere fugeret, Socrates noluit. 2. Saepe qui consulatum petebant, civium suffragia rogabant impossibilia pollicentes. 3. Romani, hostium castris et impedimentis potiti, omnes agros populati sunt. 4. Pisistratus, dolo rerum potitus, per multos annos Athenas maxima cum honestate rexit. 5. Oriente sole, tenebrae noctis e caelo diffugiunt. 6. Herculem Germani in proelium ingressuri magna voce invocant. 7. Profectis amicis, solus non mansi, quod libri mei mecum erant. 8. Barbari iam victoriam adepturi erant, cum a Romanis militibus circumdati sunt. 9. Poeta, admirantibus omnibus, carmina sua in foro recitavit. 10. Tradunt Caesarem, cum Rubiconem flumen transgressurus esset ut Romam in armis peteret, haec verba dixisse: "Alea iacta est". 11. Iam omnibus locis ceditur, nequiquam consule singulos milites obiurgante atque hortante. 12. Omnibus officiis functus, domo egressurus sum ut cum amicis ludam.

Es  
6

Verbi semideponenti: modi finiti, infiniti e participi

a) Frasi d'allenamento • Traduci le seguenti frasi.

1. Socrates dicere solebat optimum cibi condimentum esse famem. 2. Si magis mihi fisus esses, nunc in his angustiis non versareris. 3. Caesar, virtute et disciplina suorum militum confisus, signum pugnae dedit. 4. Sequani sua sponte populo Romano bellum facere ausi erant. 5. Diffidite iis qui nimis sibi fidunt. 6. Quod e gravi morbo convalesceras, valde gaudeo. 7. Sapiens nec dolet iniuriis nec gaudet honoribus vulgi. 8. Jugurtha, armis diffisus, per legatos de pace agere maluit. 9. Tiberius Gracchus, cum novam legem agrariam ferre ausus esset, ab optimatibus interfectus est. 10. Caesar, vi hostium cognita, ausus est e castris copias educere. 11. Nemo («Nessuno») putabat Brutum ausurum esse Caesarem necare. 12. Hodie filius meus domum rure revertit, cras ego quoque revertar.

### ●●● La scaltrezza si vede fin da ragazzi

Versione  
7

A Pericle, preoccupato per i costi altissimi della realizzazione dei Propilei (monumentale ingresso dell'acropoli di Atene), il nipote Alcibiade dà un consiglio arguto.

Alcibiades ille, cuius nescimus utrum bona an vitia patriae perniciosiora fuerint, cum adhuc puer ad Periclem avunculum suum venisset eumque tristem sedentem vidisset, interrogavit quid in vultu tantam confusionem gereret. At illo dicente se mandatu civitatis propylaea Minervae, quae sunt ianuae arcis, aedificavisse consumptaque in id opus ingenti pecunia, non invenire quemadmodum ministerii rationem redderet atque ideo conflictari, Alcibiades «Ergo - Inquit - quaere potius quemadmodum rationem non reddas». Itaque vir amplissimus et prudentissimus puerili consilio usus est atque id egit, ut Athenienses finitimo bello implicati, rationem non exigèrent. Sed Athenienses videant utrum Alcibiadem lamententur an glorientur quoniam adhuc inter execrationem hominis et admirationem dubii sumus.

da Valerio Massimo (I sec. d.C.), Factorum et dictorum memorabilium libri IX

#### NOTE

Es. 5:

- A) potior regge il genitivo.  
B) fungor regge l'ablativo.

Es. 6:

- C) fido regge il dativo di persona.

Versione 7:

- F) Traduci "disse".  
G) utor regge l'ablativo.

## Annibale giura odio eterno contro i Romani

Annibale racconta ad Antioco, re di Siria, che quando il padre Amilcare, dopo essere stato sconfitto nella prima guerra punica, decise di organizzare una nuova spedizione contro Roma e stabilì il suo quartier generale a *Carthagera*, nella Penisola Iberica, egli, che allora aveva solo nove anni lo seguì. Fu allora che Amilcare, prima di partire, fece pronunciare al figlio il solenne giuramento che avrebbe combattuto i Romani per tutta la vita, una promessa alla quale Annibale restò sempre fedele.

"Pater meus - inquit - Hamilcar, puerulo me <sup>A</sup> non amplius novem annos nato, in Hispaniam imperator<sup>1</sup> proficiscens Carthagine Iovi Optimo Maximo hostias immolavit. Dum res divina conficitur<sup>2</sup>, quaesivit a me vellemne secum in castra proficisci. Id cum libenter accepissem, tum ille: "Faciam <sup>B</sup> inquit - si mihi fidem, quam postulo, dedēris<sup>3</sup>". Simul me ad aram adduxit apud quam sacrificare instituērat atque, ceteris remotis, iussit me, aram tenentem, iurare numquam in amicitia cum Romanis fore (= futurum esse). Id ego iusiurandum patri datum usque ad hanc conservavi. Quare, rex, si bellum contra Romanos parabis, te ipsum frustrabis si me in eo (bello) ducem non posueris".  
(da C. Nepote)

1. *imperator*: predicativo del soggetto.

2. *rem divinam conficere*: «celebrare una cerimonia religiosa».

3. *fidem dare*: «dare la parola/fare una promessa».

## Bisogna guardarsi dagli inviti a cena "interessati"



**INSIEME PER COMPRENDERE** Lavorando in coppie, leggete e comprendete il seguente brano, poi rispondete alle domande in apparato.

Il giovane re Antioco di Siria viene invitato a cena dal pretore Verre. Il re ricambia con suo grave danno. Cicerone ci racconta come andarono le cose.

*Reges Syriae, regis Antiochi filii, Romae nuper ("poco fa") fuerunt; qui venerant ut regnum Aegypti sibi vindicarent. Ii, postquam per senatum obtinere quae cupierant non potuerunt, in Syriam profecti sunt. Eorum alter, qui Antiochus vocatur, iter per Siciliam facere cupiit, itaque venit Syracusas. Hic Verres, arbitratus regem multa secum pretiosa habere, ad cenam vocat. Exornat ample magnificeque triclinium; exponit ea quibus abundat et curat ut convivium omnibus rebus instructum et paratum sit. Quid multa? Paulo post rex ipse ad cenam praetorem vocat; exponit suas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam vasa ex auro. Verres singula vasa in manus sumebat, laudabat, mirabatur; rex gaudebat praetori populi Romani satis iucundum et gratum illud convivium esse. Postquam inde discessum est, iste cogitabat nihil aliud nisi (<sup>SE NON</sup>) quemadmodum dimitteret regem ex provincia spoliatum expilatumque (expilare, "derubare"). Mittit rogatum ea vasa quae pulchra <sup>C</sup> apud eum viderat; dicit se suis caelatoribus (caelator, -oris "cesellatore") velle ostendere. Rex, qui nihil suspicabatur, libenter dedit.*

da Cicerone (1 sec. a.C.), *In Verrem*

### NOTE

#### Versione 8:

A) Traduci "di non più di nove anni" (compl. d'età).

B) Traduci "disse".

#### Versione 9:

C) Traduci "niente" (accusativo neutro).

## Cesare si prepara al contrattacco

Cesare, avvertito da Quinto Cicerone, fratello del più famoso oratore, che i Nervi avevano attaccato il suo accampamento e fatto strage delle coorti, ordina il rapido ricongiungimento delle legioni di stanza in Gallia per un pronto contrattacco.

*Caesar, acceptis Q. Ciceronis litteris, statim nuntium ad M. Crassum quaestorem mittit, cuius hiberna ab̄erant ab eo milia passuum XXV; iubet media nocte legionem proficisci celeriterque ad se venire. Alt̄erum nuntium ad Gaium Fabium legatum mittit, ut in Atebatium fines legionem adducat, qua (avv. rel.) sibi iter faciendum <sup>E, S, E</sup> sciebat. Scribit Labieno ut cum legione ad fines Nerviorum veniat. Reliquam partem exercitus non advocat, quod paulo longius ab̄erat et timet ne diutius exspectanda sit. Paucis diebus interiectis, Caesar ab antecursoribus de Crassi adventu <sup>A</sup> certior fit. Fabius, ut imperatum erat, non multum moratus in itinere cum legione occurrit. Labienus, caede cohortium cognita, cum omnes Treverorum copiae sua castra circumdedissent, veritus ne hostium impetum sustinere non posset, litteras Caesari mittit dicens periculum esse ne hostes legionem ex hibernis eductam adorirentur et eum <sup>C</sup> certiore facit omnes equitatus peditatusque copias Treverorum tria milia passuum longe ab suis castris consedissee. Caesar, consilio eius probato, venit magnis itineribus in Nerviorum fines.*

(da Cesare)

Ascolta  
la lettura  
della  
versione



## Il mito di Cesare

Di tutti i personaggi della storia romana Gaio Giulio Cesare è certamente il più presente nell'immaginario letterario e culturale europeo:

ancora oggi lo ricordiamo ogni anno quando entriamo nel mese di luglio, l'antico *Quintilis* che da lui prese il nome di *Iulius*. Cesare non fu soltanto lo straordinario generale che sottomise e romanizzò la Gallia e il protagonista della vita politica che mutò l'assetto istituzionale di Roma traghettandola dalla repubblica al principato, ma è anche uno dei maggiori esponenti della letteratura latina: i suoi *Commentarii de bello Gallico* e *de bello civili* rappresentano un modello fondamentale della storiografia romana e con la loro prosa limpida ed essenziale hanno suscitato l'ammirazione dei contemporanei e dei posteri. In questo passo, tratto dal II libro del *De bello Gallico*, Cesare, parlando come sempre di sé in terza persona, racconta un episodio della battaglia contro i Nervi nel quale il suo intervento si rivela risolutivo.

*Caesar, milites decimae legionis cohortatus, ad dextrum cornu profectus est; ubi («appena») vidit suos ab hostibus urgēri ac graviter laborare, quartae cohortis omnibus centurionibus occisis signiferoque interfecto, reliquarum cohortium omnibus fere centurionibus aut vulneratis aut occisis, in his primipilo P. Sextio Baculo, fortissimo viro, multis gravibusque vulneribus confecto, intellexit rem admōdum in angusto esse<sup>1</sup> neque ullum esse subsidium, quod statim submitti posset. Tunc, scuto uni<sup>2</sup> militi detracto, in primam aciem processit et, centurionibus nominatim appellatis, reliquos cohortatus milites, signa inferre<sup>3</sup> et manipulos laxare iussit quo facilius gladiis <sup>D</sup> uti possent. Cuius adventu spe inlata militibus ac redintegrato animo, cum omnes milites in conspectu imperatoris etiam extremis suis rebus operam navare cupērent, paulum hostium impetus tardatus est.*

(da Cesare)

1. *res admōdum in angusto*: nel linguaggio militare indica una «situazione critica», propriamente «in una strettoia».

2. *unus* ha qui il significato del nostro articolo indeterminativo.

3. *signa inferre* significa «avanzare» (propriamente «portare le insegne in avanti»).

## NOTE

### Versione 10:

- A) Traduci "è informato".
- B) Traduci "informa".
- C) Traduci "tre miglia".

Nota non contrassegnata: sottinteso "esse".

### Versione 11:

- D) utor regge l'ablativo.

### ●●● Clitennestra compie la sua vendetta

Versione  
12

Agamennone ha portato con sé Cassandra e ne ha fatto la sua concubina. La giovane predice che cosa accadrà a lei e al re.

*Cassandra, divino spiritu inflata, in regiam intratura clamat: «Clytaemnestra maritum suum ac me ipsam mactatura est et Agamemnonis domus multo sanguine replebitur!». Paulo post regis morientis eiulatus audiuntur et ante regias fores secūrim distringens Clytaemnestra apparet, quae duo corpora mactata ostendit, suum facinus tam audacter iactans ut omnium indignationem in se convertat. Senes populusque irati damnaturi sunt reginam quae crimen immane fecit, sed Aegystus, quem ea adamat, confertis satellitibus stipatus opem reginae dat. Clytaemnestra maximis nisibus subditorum furorem compescit, qui inviti et coacti e pugna recedunt.*

### ●●● «Tu ricorda, o Romano»

Versione  
13

Anchise spiega al figlio, stupito della presenza di tante anime sulle rive del fiume Lete, la dottrina della trasmigrazione delle anime. Quindi passa in rassegna le anime destinate a incarnarsi nei grandi personaggi della storia di Roma. Infine, rivela quale sarà il destino dei futuri Romani.

*Interea Aeneas, brevi itinere confecto, in valle reducta innumeras animas volantes circum Lethaeum amnem videt. Horrescit visu subito causasque requirit, inscius qui ("quali", nom. m. plur.) viri tanto agmine ripas complerint. Anchises animas esse respondet quibus fato altera corpora debentur et quae, fluminis aquam bibentes, omnia obliviscuntur . Pater filio animas illas ostendit, quae in terras descensurae sunt, fortissimorum virorum Romanorum, qui vel sapientia, vel animi fortitudine vel armis, rem publicam condent, augebunt, servabunt. In quibus maxima gloria fulgent et Iulius Caesar et Octavianus. «Hic vir, hic est - praedicit Anchises - quem tibi saepius promitti audis, Augustus Caesar, Divi Caesaris genus, qui rursus aurea saecula per arva quondam a Saturno regnata in Latio condet. Excudent alii spirantia aëra mollius, ducent alii de marmore vivos vultus, orabunt alii causas melius et radio caeli meatus describent et surgentia sidera praedicient; regere imperio populos, Romane, memento ("ricordati") (hae tibi erunt artes) pacique imponere morem, <sup>A)</sup> parcere subiectis, debellare superbos».*

da Virgilio (I sec. a.C.), *Aeneis*, VI

#### NOTE

Versione 13:

A) parcere regge il dativo.

## ●●● Un "trovatello" figlio di Apollo

Versione  
14

ione è un ragazzo abbandonato alla nascita dalla madre Creusa, che lo ha avuto con la violenza da Apollo, ma il dio lo ha salvato facendolo crescere nel suo tempio a Delfi. Anni dopo Creusa va al tempio a consultare l'oracolo per sapere di suo figlio.

*Creusa, filia Erectei regis Athenarum, filium ex Apolline conceptum cum crepundiis in cista exposuit ut a feris dilaniaretur; sed Mercurius ab Apolline missus puerum sublatum cum cista Delphiis in templi Apollinis gradibus deposuit. Multis annis post Creusa templum adit et puerum limen et gradus templi libenter verrentem videt. Mulieri puer fatetur se parentum ignarum esse et existimare Apollinem patrem suum, a quo quotidiana alimenta accipit. Creusa, miserita pueri quem non agnoscit, ei refert <sup>2)</sup>quendam matrem filium <sup>3)</sup>quondam ab Apolline conceptum exposuisse ut a feris voraretur et sibi latum esse hoc mandatum, ut de sorte illius pueri Apollinem consuleret. Accedit interea Xuthus Creusae maritus, qui, oraculo Apollinis consulto, nuntiat oraculum ei edixisse ut illum puerum filium sibi assumeret, qui ex templo exiens obvius sibi occurreret. Ionem interea conspicatus, illi occurrit eumque complexus ut filium suum salutat. Quare Ἴων (Ion)<sup>1</sup> puer est vocatus quia obviam Xutho prodiit.*

1 Ἴων: il nome greco del ragazzo Ἴων (Ion) è in relazione con ἴων ("colui che va"), participio presente del verbo greco εἶμι ("andare").

Versione  
15

## Annibale sconfitto a Zama da Scipione l'Africano

Cornelio Nepote nella *Vita di Annibale* descrive brevemente la battaglia di Zama (202 a.C.), la cui vittoria meritò a Scipione l'appellativo di "Africano".

*Hannibal, cum invictus ex Italia patriam defensum revocatus esset, bellum gessit adversus P. Scipionem, qui postea Africanus cognominatus est, filium eius Scipionis, quem Hannibal primo (avv.) apud Rhodanum, iterum apud Ticinum, tertio apud Trebiam fugarat (= fugaverat). Cum hoc Hannibal, exhaustis iam patriae facultatibus, cupivit bellum componere, quo valentius postea pugnare posset. In colloquium convenit, condiciones non convenerunt. Paucis diebus post id factum Hannibal apud Zamam cum Scipione confligit; cum pulsus victusque esset, biduo («due giorni») et duabus («due») noctibus Hadrumetum pervenit, quod paulum abest a Zama. In fuga Numidae, qui simul cum Hannibale ex acie excesserant, ei insidias paraverunt, sed is non solum insidias effugit sed etiam proditores occidit. Hadrumeti reliquos superstites e fuga collegit et paucis diebus multos milites novis delectibus contraxit. Cum Hannibal in his rebus esset occupatus, Carthaginienses bellum cum Romanis composuerunt atque, obsidibus datis, pacem fecerunt.*

(da Cornelio Nepote)

### NOTE

Versione 14:

2) Traduci "una" (indefinito da quidam, concorda con matrem).

3) Traduci "un" (indefinito da quidam, concorda con filium).

## ●●● Il re Penteo si rifiuta di introdurre il culto di Bacco

Versione  
16

Penteo, re di Tebe, è ostile all'ingresso del culto di Bacco nella sua città e fa imprigionare il dio, presentatosi in veste umana.

*Deus Bacchus indutus specie mortalis hominis, peragrata Asia, Thebas adire decrevit primam Graecarum urbium, ut numinis potentiam ipsa civitas et rex Pentheus experirentur. Interim Tiresia vates et Cadmus Penthei avus frustra Pentheo conantur <sup>A)</sup>persuadere ut deum accipiat sed Pentheus se opponit. Paulo post prodeunt Penthei ministri qui deum vinctum sub specie hominis adducunt. Tum Pentheus iubet servos deum in stabula conicere. Ecce Dionysi vox auditur in regia clamantis et subito terra intremescit universaque domus concutitur. Disiectis incensisque aedibus, deus prodiens Bacchas metu percussas humi prostratas solatur hortaturque. Animo redintegrato, Bacchae gaudent proximam Dionysi victoriam.*

## ●●● Due episodi della vita di Scipione Nasica

Versione  
17

Scipione Nasica (III-II sec. a.C.) fu uomo politico importante: era ricordato per la sua integrità morale e per le battute di spirito.

Scipio Nasica censor <sup>1)</sup>factus gravem se ac severum praebuit. Cum equitum censum ageret, equitem <sup>2)</sup>quemdam vidit obeso et pingui corpore, equum vero eius strigosum et macilentum. «Quidnam causa est <sup>3)</sup>inquit censor – cur sis tu quam equus pinguior?». «Quoniam – respondit eques – ego me ipse curo, equum vero servus». Minus verecundum fuit responsum, itaque graviter obiurgatus <sup>EST</sup> eques et multa damnatus. Idem Scipio Nasica cum Ennio poeta vivebat coniunctissime. Cum ab eum venisset eique ab ostio quaerenti ancilla dixisset Ennium domi non esse, Nasica sensit illam domini iussu dixisse et illum intus esse. Paucis post diebus cum ad Nasicam venisset Ennius et eum a ianua quaereret, exclamavit ipse Nasica se domi non esse. Tum Ennius: «Quid! ego non cognosco <sup>3)</sup>inquit – vocem tuam?». Hic Nasica: «Homo es impudens: ego cum te quaerem, ancillae tuae credidi te domi non esse; tu non mihi credis ipsi».

Cicerone (I sec. a.C.). *De oratore*

### NOTE

Versione 16:

A) regge il dativo.

Versione 17:

1) Traduci "eletto".

2) Traduci "un" (indefinito).

3) Traduci "disse".

Nota non contrassegnata: est.